

(1226) 1227, març, 4

*Agnès, abadessa de Sant Daniel, Bernat de Tallada i els tutors de Ramon de Cornellà estableixen a Pere Vives i a la seva esposa Adelaida el mas Miró situat a Cassà de la Selva i Campllong, que tenen a terços per indivís, per 30 sous d'entrada.*

ASD núm. 92, còpia de 1228, 190 x 167 mm. Còpia: Llibre 22, fascic. annex, núm. 4, p. 3.

Hoc et translatum fideliter factum. Sit notum cunctis quod ego Agnes, Dei gratia Sancti Danielis abbatissa et conuentus eiusdem loci, et nos Bernardus de Talata et Raimundus de Laucata et Arnallus Ermengaudi et Gerallus Bod, tutores Raimundi de Corniliano, donamus et laudamus atque concedimus et stabilimus tibi Petro Uiues iuueni de Caciano et uxori tue Adalaidi et uestris perpetuo totum illum mansum et honorem qui uocatur Mironus integre quem habemus in solidum in parroechia Sancti Martini de Caciano et Sancti Quirici de Campolongo uel in aliis locis, cum exitibus et ingressibus et pertinenciis et tenedonibus et cum arboribus diuersorum generum et cum omni honore culto et heremo eidem aliquo modo pertinenti, ita ut habeas dicta omnia et teneas et facias ibi mansum et teneas eum condirectum ad seruicium nostrum in perpetuum uos et uestri, et donetis nobis inde census et agrarian que iride nobis dare solent et exire debent, et habeatis ipsa omnia ad uestram uoluntatem faciendam perpetuo, saluo nostro iure in omnibus et uos sitis inde nostri propii et solidi homines, et propter hoc donum et stabilimentum siue laudamentum recognoscimus nos a uobis numerando recepisse .xxx. solidos barchinonenses pro acapte, renunciando excepcioni non numerate peccunie. Et ego Petrus Uiues et uxor mea Adalaidis facimus uobis dominis nostris hominum et promittimus semper nos tamquam dominos nostros uos tenere et semper fideles et legales in Ómnibus esse, et omnia agraria et census fideliter de toto predicto manso dare et ibi assidue promittimus stare et omnia supradicta atendere. Et nos Agnes Dei gratia predicta et Bemardus de Talata et Raimundus de Laucata et Amallus Ermengaudi et Gerallus Bod tutores Raimundi de Comiliano mitimus te Petrum Uiues et uxorem tuam Adalaidem bona fide in corporalem possessionem de predictis omnibus, et est certum quod domus Sancti Danielis habet in predicto manso et honore et dominio terciam partem et Bemardus de Talata aliam terciam partem et Raimundus de Laucata et filii Raimundi de Comiliano aliam terciam partem insimul.

Actum est hoc .IIII. nonas marcii anno Domini .MCCXX. sexto.

Sig+num Petri Uiues, sig+num Adalaydis uxoris eius qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Bemardi de Talata qui hoc firmo. Agnes, gratia Dei abbatissa. Sig+num Raimundi de Laucata. Sig+num Bemardi Atesan. Sig+num Martini de Scala.

(s. man.)Bertrandus Sancti Saluatoris qui hoc scripsi mandato Bernardi Stephani, Gerundensis canonici et publici notarii. (s. man.)Raimundus de Caciano qui armo Domini .Mccxx. octauo, .XVI. kalendas aprilis fideliter translatauit.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 210-211